



CAPUT I.

DE LUCE, PRIMI DIEI

OPERE.

Genes. I. Dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux. Psal. 104. Amictus lumine sicut vestimento. 1. Joan. I. Deus Lux est, & tenebrae in eo non sunt ulla.

In hoc cap. 20. & amplius lucis proprietates explicantur.



Verba sunt Jobi c. 38. Indica mihi in qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus sit. Quibus innuit vir sanctus

lucis naturam esse explicatu difficile, originem vero intellectui humano inperuestigabilem. Etsi enim ex conspectu aliquid de ipsa scimus, id etsi exiguum imo quantumcunque sit, ad Dei honorem converti debet. Proinde dicimus Lucem esse nobilissimum, subtilissimum & purissimum candorem, radium, & claritatē, quæ in creatione à tenebris macrocosmi separata fuit, cum Deo jussisset lucem ex tenebris emergere, per quam mundus illumina-

Origo lucis est incomprehensibilis.

Lux quid sit.

tur